




67
K 6
63












¶Martini de Viana Artium & Sacre theologie doctoris ꝛmi dñi Car. sci Geor. Sedis aplice Camerarii Capellani: Orõ habita in die cinerꝝ corã Alexandro. vi. Põtifice Max. Anno dñi M.cccc.xcvi.

AD rationem Vite inspiciẽde cognoscẽdãq; mortaliũ imbecilitatẽ pr̃ be. Dies hic maxiẽ ptinens est: in quo res nrã agit̃: nrũm hoc festũ: nrã solẽnitas est: quo fit ut qua de re futura est orõ: ea ita est insita mẽtibus oĩm: ut nõ uerendũ sit quo min⁹ quisq; facilẽ mihi: attẽtũq; se pbeat in causa cõi. Hodie nãq; nõ alienas colim⁹ cerimonias: sed uniuscuiusq; nrũm: sed toti⁹ huãni gnẽris cõmemorationẽ celebram⁹. Quid enĩ aliud ĩ his uerbis memẽto homo qa puluis es: & in puluerẽ reuerteris: simulq; in cinerꝝ capiti ĩpositiõe: hodie repsẽtare uoluit sctã mater ecclia: nisi stat⁹ & nature sue admoner̃ unũquẽq; nostrũ: ut que male cõmisim⁹ in melius emẽdemus: ne subito poccupati die mortis queram⁹ spatiũ penitẽtie: & ĩuenir̃ nõ possimus: quo monitu quid melius: quid ab ecclia huãno generi salutarius ĩstitutũ: q si tãtope laudat̃ illa chilonis lacedemonii snĩa cognosce te ipm̃: quã oĩs ætas in celũ tulit: aureis expssas lrĩs. & pforibus clarissimo in tẽplo collocatã. Quãto est hæc nrã pclarior: tãto sũma laude dignior ĩdicãda. Admonet illa ut cognoscamus nos ipõs: hec quid simus ostẽdit: & unde pfecti: quorsũq; eamus ĩ mediũ affert: ut cũ demũ stabilita sit nobis uite rõ: cũ exitus noster in hãc lucẽ redditusq; patuerit: & sciri queat quo ĩ loco collocari oportet at spũs cogitatõesq; nrãs: ut firmi tuti stabiles esse ualeam⁹. In lubrico ambulamus & pedẽ figere potest nemo: intelligamus trãseundã esse nobis terrã nõ possidendã: decurrendam nõ cõplectendã: & uitã hanc nrãm cursum esse & peregrinatõem quandã: qua decurrer̃ & trãsire liceat: cõsistere & pmorari nõ liceat. Ecclesia igitur admonet: & locus ipse suggerit: & materia tẽpori uidetur esse cõueniens. ut primo loco paucis miseriã cõditionis humane ostendã: deinde ad penitentiã ipãm nõ minus peccatoribus utilẽ q̃ necessariã: mea trãseat orõ. Sed prius depcanda est illa dei & hominis piẽtissima geitrix: & sũmis uotib⁹ exorãda: ut nobis dĩnam illã gratiã qua sine nec nostre cõditõis miseriã cognoscere: nec nos ad deũ p pñiam cõuerter̃ ualeam⁹: ĩpetrare dignet̃



Quod facile fiet si ipsam deuotissime positis genubus saluta uerimus dicentes Aue maria.

Miserandū flebileq̧ huāne conditōis statū pr̄ be. in prima orōnis parte: narrare institui.ut quos dīnus amor: eterneq̧ beatitudinis desideriū:ad bonū nō ꝓuocat:tēporalis saltem eterneq̧ mortis timor ad penitentiā inducat. Nulla tn̄ rhetorici pompa utar sermoīs:nullaq̧ in hac mea orōne adulatio erit:Adulatores enī blādi inimici sūt: quoꝶ sermoēs super oleū molles:& ipsi sūt iacula:iō dn̄s loquit̄ p ꝓphetam Popule me⁹ qui beatificāt uos seducūt uos: & semitas pedū uestroꝶ ꝑturbāt. Creuit hoc ī nr̄ā etate uitiū: & ad summū usq̧ ꝑuenit nec augeri potest: Quodq̧ est grauissimū humilitatis ac beniuolētie loco ducit̄: & ita fit ut q asentari nescit aut īuidus:aut supbus putet̄.Sed totus noster sermo ad hui⁹ miserrime uite stat⁹ cognitōem: celestisq̧ beatitudinis cōtēplatōem:incitatiuus:ad penitētiāq̧ exhortatiuus erit.ꝙ si qs piā me de ꝑsūptione uellet notare:ꝙ ego homūcul⁹ uermis potius q̄ homo:Corā xp̄i uicario:in tāto cardineo consessu: ad quos cūctos xp̄i fideles exhortari ī doctrīa sana: & cōtra dicētes reuīcere prīcipaliter spectat:inquibus totius uirtutis doctrine & honestatis cardo uersari debet:hāc mihi exhortandi ꝓuintiā uendicauerī:me ip̄m excusare conarer: si me nō tēpus & causa:simulq̧ tuerent̄ & caritas: & si nūc ꝓpria uerba magis q̄ diuina:uellē urīs aurib⁹ intimare. Accedit insuper ꝙ exhortatio mea habet ex simplicitate fidutiā:ex ueritate uirtutē: & ex charitate feruorem. ꝙ & si oēs uos satis ad bene beateq̧ uiuendi exhortatos credo . Oratio tn̄ mea ut spero dabit aliquid emolumenti.Equoꝶ enim cursus fauore pernitior fit: pugilum fortitudo clamoribus incitatur. paratas ad ꝑlium acies strictosq̧ mucrones:Sermo imperatoris tubaꝶq̧ clangor accendit: Et ideo dn̄s ad ꝓphetā ait: clama ne cesses quasi tuba extolle uocem tuā: & annunctia populo meo peccata eoꝶ & domui iacob scelera ipsorum. Sed iam ad instituta pergamus.

Cum mecū ipse hūane uite breuitatē:miseriā ac calamitatē qbus post illā in primū hoīem sententiā oēs hoīes subiacemus:mēoria repetere instituo : admirari nō mediocriter soleo:cur miseri pc̄tōres:spretis carnalibus uoluptatibus:contēptis uanis honoribus: abiectisq̧ diuitiis fallacib⁹: ad uocē

ſui cõditoris tã benigne ad penitentiã inuitãtis:ꝓ ueris eter
niſq; bonis in ꝑpetuũ poſſidẽdis:minime cõuertunť. Verũ
cũ ad me ipm redeo hoc uel maxiẽ euenire iudico: Ex eo
quia hoiẽs ſe ipos penitus ignorãt:ulˀſi aliquãtulã ſui ſtatus
experiẽtia teſte notitiã habeãt. Allecti tñ uoluptatibus:infla
ti honoribus:capti bonis iſtis uiſibilibus cõditionis ſue non
recordãť.nihil enĩ ita decipit huãnũ genus:q̃ ꝙ dũ ignorat
ſpatia uite ſue: longiorẽ ſibi ſecli huius poſſeſſionẽ reꝓmit-
tunt.Subrepit obliuio conditõis ſue:ut terrenum animal:&
iã iãq; ſoluendũ erigať in ſupbiam : & animo cœlũ teneat.
Vnde & illud egregie dictũ eſt memẽto mortis tue:& ine-
ternũ nõ peccabis:Qui enĩ ſe recordať quotidie eſſe mori-
turꝝ:cõtẽpnit pñtia & ad futura ꝓperat.hinc ẽ ꝙ Dauid p̃ca
bať dicẽs Ne auferas me ĩ dimidio dierꝝ meorꝝ: priꝰq̃ abeã
& nõ ſubſiſtã.ac ſi dicat ne eo tẽpore facias me mori:qñ ad
huc putabã me eſſe uicturꝝ: ut poſſim pctã corrigere pnĩa.
Platonis etiã ſentẽtia ẽ oĩm ſapientiũ uitã:meditationẽ eſſe
mortis.Laudant hoc philoſophi:& in celũ ferũt.Sed multo
fortius aplˀus quotidie inquit morior ꝓpter gloriã ueſtram.
Sed aliud ẽ conari:aliud agere:aliud uiuere moriturꝝ: aliud
mori uicturꝝ:Plato etenĩ mortuus eſt ex gloria:Sed Paulus
mortuus ẽ ſp ad gloriã.Debemus igiť & nos animo p̃medi
tari quid futuri ſumus:& ꝙ uelimus nolimꝰ mori neceſſe ẽ.
nec mortẽ differre:nec uitã,poſſumꝰ facere lõgiorẽ.De hac
mortaliũ cõditiõe Eſaias loquiť dicẽs.Oĩs caro fenũ:& oĩs
gloria eius quaſi flos feni.Sicut enĩ mane uirẽs herba:& ſuis
floribus uernãs delectat oclˀos cõtẽplãtiũ: paulatĩq; marceſ
cẽs amittit pulchritudinẽ:& ĩ fenũ qd̃ cõterẽdũ ẽ uertiť: ita
oĩs ſpes hoĩm uernat ĩ puulis:floret ĩ iuuenibus:uiget ĩper-
fecte etatis uiris:& repẽte cũ homo nõ aduertit ĩcaneſcit ca
put:rugať faties:cutis priuꝰ extenta cõtrahiť.& in ſenectute
uix homo moueri poteſt:ita ut non cognoſcať. ſed pene in
aliũ cõmuteť.Nunqd ergo hoc ꝙ ĩ hoc mundo uiuimus di
cere poſſumus,uitã?quã humores ĩflant:dolores extenuant:
ardores exſicãt:aera morbidãt:eſce ĩpingãt:ieiunia macerãt
ioci diſſoluũt:triſtitie cõſumũt:ſollicitudo coartat: ſecuritas
hebetat:diuitie iactãt:pauptas deicit:iuuẽtꝰ extollit: ſenectꝰ
ĩcuruat:ĩfirmitas frãgit:meror deprimit? Vita inq̃ miſera:ut
ta fragilˀĩcerta laborioſa ĩmũda dña malorꝝ:regia ſupborꝝ:

Que quãto magis crescit tanto magis decrescit: Quanto magis ꝓcedit:tãto magis ad mortẽ accedit. Vita fallax pleã laqueis multis: Nũc gaudes statim tristaris:nũc uales paulo post infirmaris: Nũc uiues forsan cras morieris:nũc felix & beatus appares subito miser eris:sicq͡ oĩa mutabilitati subia cẽt:ut nihil uix una hora in uno statu pmaneat. Hinc timor hinc tremor:hinc fames:hĩc sitis:hinc calor:hĩc frigus:hinc pestis:hinc aquaꝝ inundatio exuberat. Et his malis oĩbus mors furibũda succedit ::quæ mille modis miseros homiẽs cõtinue rapit: hunc nãq͡ febribus: illũ opprimit doloribus: hũc cõsumit fames:illũ sitis extĩguit: hũc suffocat aquis:illũ interimit laqueo:illũ ꝑmit flãmis:aliũ dentibus bestiaꝝ uo- rat: hũc trucidat ferro:illũ ueneno corrũpit. Et qđ oĩbus his miserabilius est:cũ nihil sit certius morte:ignorat tñ homo finem suũ:cũq͡ minus credit de medio tollit̃. Vnde Xerses ille rex potẽtissimus: q mõtes subuertit:maria cõstrauit: cũ de sublimi loco magnã hoĩm mltitudinẽ:& ĩnumerabilem uidisset exercitũ:flesse dicit̃: ꝙ post centũ annos null⁹ eoꝝ quos tunc cernebat supfuturus esset. O si possemus in talem ascendere speculã:de qua uniuersã terrã: sub nostris pedib⁹ cerneremus:iam tibi ostẽderẽ toti⁹ orbis ruinas:gentes gẽ- tibus:& regnis regna collisa:alios torqueri:alios necari: ali os absorberi fluctibus:alios ad seruitutem trahi:hic nuptias ibi planctũ:illos nasci istos mori:alios afluere diuitiis:alios mẽdicare:& nõ xerxis tantũ exercitũ: sed toti⁹ mũdi hoiẽs q nũc uiuũt:ĩ breui spatio defuturos uincit̃ sermo rei magni tudinẽ & min⁹ ẽ oẽ qđ dicim⁹ Nemo tñ ad breuitatẽ tẽporis nemo ad nature respicit cõditõm:nemo cõsiderat nemo re tractat:uana esse oĩa que aliquo fine claudũt̃. O seua & ma- ledicta mors:que fratres diuidis: & amore sotiatos crudelis ac dira dissotias: simlr̃q͡ cũctis istius miserrime uite gaudiis: ita finem imponit :utcũ esse desierit:non fuisse putet̃. Quã multos memoria nostra retinet: in maximis honoribus ac diuitiis constitutos: Repente de summo illo potentie fasti- gio concidisse: & eos qui tumore elati aliud quidam q̃ ho- minẽ se esse putabant: Exitu tamen suo docuisse nos qui fu- erint: Quid enim in hoc mundo stabile? quid uero firmũ est? quid porro non breue & incertum: & casui non serui ens? quale istud bonũ est:quod semp timeas amittere:qđ ulr̃

auferendũ abste metuas: uel a te relinquẽdũ scias! nam & si nullo eripiatr casu: ul' morte certe perdendũ est: Et si uita nrã tendatr p mille annos: & ad extremũ illũ totius dic etatis quo tidiana delitiarum uoluptate ueniamus: quale hoc queso diu est quod fine deletr! aut quis illius uoluptatis fructus ẽ: qui stati ut cessauerit: uidebitr tibi nõ fuisse! Age iã transactũ uite tue tẽpus aĩo reuolue: nõne uidebitr tibi umbra quedã fuisse qđ trãsiit & instar somnii tenuis ĩcertũ esse oẽ quod uidetr! hoc idem & decrepitus senex sentirr potest: cui cõuenit dicerr cũ ppheta. Dies mei sicut umbra declinauerũt: & ego sicut fe nũ arui. Verumlicet his aliisq uita ista mortal' amaritudinibus respersa sit: prohdolor tñ quãplurimos suis capit illecebris: & q̃mltos suis falsis promissiõibus decipit: & cũ ita per se sit falsa & amara: ut etiã suos cecos amatores latere nõ ualeat: tñ ĩfinitã stultorum mltitudinẽ aureo calice quẽ ĩ manu habet potat & prorsus inebriat. Felices illi: felices inq̃ (sed ipi rari) qui eius familiaritatem refugiũt pfunctoria gaudia spernũt: sotietatem abiitiunt: ne cũ pereunte ac deceptrice: quãdoq perire cogantr: sed potius hunc mundũ & ea quæ in mũdo sunt: Cristi amore despitiũt. Quoniã scđm scripture aucto ritatem inimicus dei est: quicũq ẽ amicus secul: & qui hũc mundũ nimiũ dilexerit: simul cũ ipso peribit. Ideo Cristus cõtestatr & dicit. Qui amat patrẽ & matrẽ plus q̃ me: nõ ẽ me dignus. Et qui nõ accipit crucẽ suã & sequitr me: nõ po test meus esse discipl'us. In alio quoq loco clamat & pdam nat diuites huius secl'i dicẽs. Ve uobis qui sautrati estis: quia esurietis: Ve uobis qui nũc ridetis: qa lugebitis & flebitis. q si etiã ante legẽ & multo añ nrĩ saluatoris aduẽtũ mũdo renũciasse: iuste & sancte q̃plurimos uixisse legamus: quãto magis post illustrationẽ aduẽtus eius: hoc facere debemus! qui instructi p dei gratiã: in meliorẽ hoĩem creati sumus: qui sanguine eius expiati atq mundati: illiusq exẽplo ad pfectã iustitiã incitati: nõne meliores illis esse debemus: qui sine le ge fuerũt! Relinquãtr igitr carnales uoluptates: Respuantr mũdani honores: despitiantr diuitie cito periture: ipsa quoq uita mortal': uite eterne amore cõtemnatr: nã hæc oĩa etiam si p eternitatis pmio nõ dimitterẽtr: essent tñ quãdoq peri tura. Hoc plurimi philosophi cõtẽplãtes & si nullũ p mũdi

cōtēptu eternū pmiū cōsequebāt: facile tñ oīa cōtēpnebāt: quia se morituros esse cogitabāt. nos autem si contēplemur pmiū post hāc miserrimā uitā nobis promissū: nullus labor grandis uidebit: oē nāq; opus leue fieri solet: cū eius preciū cogitat: & spes premii solatiū est laboris. Sic negotiator aui dus maria cōtempnit: spectare ausus fluctuū spumas: rabieq; uentoꝝ. cumq; in oī labore ac periclo lucrū cogitat: & lassi tudinē simul obliuiscit & timorem. Consideremus obsecro magnitudinē premii nrī (Si tñ cōsiderari potest quicqt īmē sum est) post abscessū aīe: post carnis īteritū: post fauillā & cinerē: in meliorē statum reparandi sumus: mandata terre corpora: in cœlū eleuanda sunt. post hæc angeloꝝ donādi sumus cōsortio: regnū accepturi celoꝝ: & īppetuū cū cristo regnaturi. Quid ergo retribuem⁹ dño p oībus que retribu et nobis? Quid tāto remuneratore dignū fatiemus? aut quē laborē durū putabimus: Cui⁹ tāta sunt pmia? nō sunt pfecto cōdigne passiōes huius secli ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. Quid enī dignū uł facere uł pati possumus ī breui hoc tēpore peregrinatōis nrē: cū id īmortalitate sit recōpen sandū? nō ergo thesaurisem⁹ nobis (ut sacꝝ monet eloqū) thesauros in terra: Sed potius in cœlo: ubi nec erugo nec ti nea demollit: nec fures effodiunt: nec furant: sed ubi futuꝝ est pmiū nostrū ibi sit & cor nostrū equidē sola hæc eterni premii cōsideratio (ut huic parti finē īponam) Vnū quēq; nostrū hoc pcipue tempore. ad bene honesteq; uiuendū: ad penitentiāq; de cōmissis sceleribus pagēda allicere debet: sed si hoc dura obstinataq; quoꝝdā mūdanoꝝ hoīm cor da nō moueat: miseriā saltē conditōis nrē illis ad memoriā reuocem⁹: quia puluis sum⁹ & ī puluerē reuertemur.

Multis diuinaꝝ scripturaꝝ testimoniis edocemur p. be. qt ū uere penitētie meritū: quātaq; ei⁹ sit uirtus: hec enī (ut Aure lio placet Aug.) languores sanat: leprosos curat: mortuos suscitat. uitia fugat: uirtutes exornat: mentē munit & roborat Oīa satiat: oīa reintegrat: oīa letificat: sanitatē auget quā cō seruat. Claudis gressū: cecis restituit uisū: tempat successus: cōstrīgit impetus: moderat excess⁹: ignorans se per hanc se recognoscit: querēs se p hāc se īuenit. Hæc est que hoīes ad sotietatem ducit angeloꝝ: & creaturā suo restituit creatori.

hæc filiũ dissipatorẽ ad patrem reduxit: & uulneratũ a latro-
nibus restaurauit. Ad hanc igiť penitentiam nõ minus deo
gratam angelicis spiritibus iocundã: quã peccatoribus salu-
tiferã: hodie pia mater eccl'ia suos inuitat filios: illis Iohelis
pphete imo dei p Iohelẽ uerba ppones: dicẽs Cõuertimĩ
ad me in toto corde urõ in ieiunio fletu & planctu: & scindi
te corda uestra: & nõ uestimẽta uestra: & cõuertimĩ ad dñm
deũ uestrũ: qa benignus & misericors est: patiẽs & mlt̃e mi-
sericordie: & prestabil' sup malitiã. Sed hoc in loco ĩsurgũt
Nouatianus & Mõtanus pfidi heretici: astruere conantes q
& si peccãtibus: añ baptismũ ualeat penitẽtia: nõ tñ deinceps
peccãtib⁹ prodest iterata: Et qñi hæc ẽ natura rei: ut simplex
& nuda ueritas luculẽtior sit: qa satis ornata p se ẽ: ideoq or
namẽtis extrĩsecus additis fucata corrũpiť: mẽdatium uero
spetie placet aliena: qa p se corruptũ uanescit & defluit: nisi
aliũde ornatu quesito: circũlitũ fuerit atq politũ. hinc est q
pfati heretici eorũ errorẽ atq uenenũ mlt̃is rõnibus, ac sacre
scripture exẽplis: defẽdere ac ocultare conanť. Dicũt enĩ si
lapsis penitẽtia prodesset: hui⁹modi remissio ad pctũm esset
inuitatio: nam quis nõ semp peccaret: si redire semp posset?
pterea deũ ĩcitatorẽ mali esse dicũt: si semp penitẽtibus sub-
ueniret: & etiã ei placere peccata: qbus semp psto est gratia
Sumũt etiam occasionẽ ypocrite isti ex factis dñi: quẽ enim
Cristus bis illumĩauit? quẽ leprosũ bis mũdauit? quẽ mortuũ
bis suscitauit? nõ Lazarũ quẽ dilexit: nõ filiũ uidue quẽ miser
tus matri reddidit nõ filiũ dissipatorẽ legiť bis suscepisse: in
nll'a psona iteratũ est factũ: docẽs (ut aiunt) nõ sæpe a dño
ferri remediũ. Dixit etiã mulieri Vade & ampli⁹ noli pecca
re ne deterius tibi aliqd cõtingat promittẽs penã nõ ãplius
ueniã. O cecitas: O ignorantia ueritatis: & oĩ rõne dãnanda
presũptio. Dicitis baptizatis nõ debet penitẽtibus subueĩri?
Ecce petro penitẽti succurriť: qui dñm & magistrũ suũ nega
uit: nec ut qdam opinanť hoĩem solũ negauit: sed illum cui
dixit Tu es cristus filius dei uiui: Illum negauit quẽ pedibus
ambulantẽ sup undas exptus est. Illum quẽ sola uoce uidit
mortuũ uocantẽ de sepulchro. Illũ quẽ celis patẽtibus uidit
cum Moyse & Helia Et uocẽ audiuit: de cœlo sup eũ: Hic ẽ
filius meus dilectus ipsũ audite. Illum q cecũ tactu suo illu-

minauit: qui uerbo leprosos curauit Et mltas uirtutes sue dei tatis ostēdit. Quid ergo ais Nouatiane? pdidimus aplm Petrum an recuperauimus reuertentē ad Cristū? Ecce Cristus eum recipit: Tu eiities? sed clamat contra te Paulus Si deus iustificeat tu q̄re cōdemnas? Et insup nō solū Petrus pnīa est iustificatus: uerɤ etiā Episcoporɤ Episcopus effectus: Et maior gradus reddit plorantī: q̄ sublatus ē deneganti. Nllus. n. aplorɤ nomē pastoris accepit Soli hui9 noīs potestatē Petro penitēti dn̄s cōcessit: & ipse Cristus negatus quā sol9 habuit Petro tribuit potestatē: ut non solū recuperasse qd amiserat pbaret: uerɤ & mlto amplius penitēdo: q̄ negādo pdiderat acqsisse. Hoc mgr̄ bonus ī electo discipło formauit exēplū: ut oīs cristi discipłus sit ītegro aīo & peniteat: si ita euenerit ut delīquat: nec rē sibi noxiā pmitter debet ut decrescat: sed q̄to citius qs uincit: tanto citius repurget. Sed iam ad Nouatianū redeo: quē mltis cōfundere rōnibus uolo. pspicuū enī est ꝙ oīs sanctitas ad deum: & oē peccatū ad diabolū ducit: quō ergo credendū est cōstitutis sub bono dn̄o possibilitatē ad diabolū eūdi cōcessam: & reuertēdi ad dn̄m deuegatam? hoīem p̄terea p peccatū a se recedere deus nō uult: & pctōrem oēm ad se uenire uult: Si illud igit fieri potuit qd deus nō uult: q̄to magis fieri potest qd deus uult? duos tādē bonorɤ & malorɤ pplos esse nemo ē q nesciat: bonos dicim9 credētes: & pessimos nō credētes: nō credētes esse sub diabolo & credētes sub cristo. Magna ē p̄sūptio tua q seruū diaboli ad deū uocas: seruū aūt xp̄i a deo repell: q̄si uelis deū lucrari qd nō habet: & pdere qd habet hinc ad dei cōputas diuitias ꝙ possit deus mortuos suscitare: & infirmos sanare non possit: nā īcreduli mortui: & credentes licet peccatores sint: uiuūt in infirmitate sua. Et si saluator noster habet īmo quia habet potestatē suscitandi mortuos: quō uirtutem nō habet quecūq; fuerint infirmitates curandi? Medicū se uocat & nō sanis: sed male habētibus oportunū: Sed qualis est medicus qui īfirmitatē iteratā nesciat curare? Ex utroq; latere ab illis q penitētib9 negāt effectū plasphemat: si. n. posse īfirmitatē oēm curar: sed nō uelle cōfiteāt: de īpietate deū arguūt: si autē uelle sed nō posse dixerīt: oīpotentiā siml & misericordiā adeo secludūt. Hactenus cōtra Nouatianū & mōtanū satis

ne dũ miſcemus argumẽta argumẽtis: obſcurã audientibus ĩtelligentiã relinquam⁹: ſed iam eoꝝ argumẽta paucis diſſoluamus. Errãt ꝑfecto in hoc ꝙ dicũt deũ incitatorẽ eſſe pctĩ & peccata multũ ſibi placere: ſi penitẽtibus cõcederet ueniam: imo peccata ei multũ diſplicẽt: qui ſp ꝓſto eſt ea deſtruere: ſi enim ea amaret ſp cõſeruaret: ſuaqꝫ munera foueret: Semp deſtruit pctã que ĩuenit: ne ſoluat̃ qđ creauit: ne corrumpat̃ qđ amauit. Et iõ tot claudos: cecos: & aridos: ſanauit: tot mortuos ſuſcitauit: ne deſperet pctõr: Inquibus oĩb⁹ oſtendit diuerſa pctõꝝ genera diuerſis tẽporibus eidẽ hoĩ ſepe dimitti. ſed iõ non deſcribitur aliqs niſi ſemel ſanatus: ut timeat quiſqꝫ iũgi pctõ. Quapꝑter erradicãdus eſt ab eccleſia tal' pnitioſus error: & ſimpliciter cõfitendũ: totiẽs peccatores ueniã de ſcelerib⁹ a deo ĩpetrare: quotiẽs in hac uita ad ipm p penitentiã cõuertunt̃. Cor enĩ cõtritũ & humiliatum: deus nõ deſpitiet: Vñ Aug. qñi quotidiana eſt offenſio oportet ut quotidiana ſit remiſſio: Cur docuiſſet dñs orãtes dicere: dimitte nobis debita noſtra: niſi ipe qui ẽ miſericors pſeueraret qui nos ab hac petitione non uult deficere? Ex ꝓlibatis igit̃ luce clarius patet etiã lapſis poſt baptiſmũ: penitentiã plurimũ ad ſalutem ꝑficere. Verum ꝙ nec ſceleris grauitas aut pctõꝝ multitudo ul' peccãtis cõditio impediat: quin uere penitentibus deus ipſe optimus maximus ſubueniat. Diuus Hieronimus explicat dicẽs: Que peccata fletus iſte penitentie non purget? quas inueteratas maculas: hæc lamenta non abluant? Petrus trinam negationem: trina cõfeſſione deleuit. Aaron ſacrilegiũ & conflatum ex duro uituli caput: fraterne correxere ꝓces. Dauid ſancti ac manſuetiſſimi uiri homicidium pariter & adulterium: octo dierum emẽdauit fames. iacebat in terra: uolutabat̃ in cinere: & oblitus regie dignitatis: lumẽ querebat in tenebris: illũqꝫ tantũ reſpitiens quem offenderat: lacrimabili uoce dicebat. Tibi ſoli peccaui & malum coram te feci: redde mihi letitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali cõfirma me. Atqꝫ ita factum eſt: ut qui nos prius docuerat uirtutibus ſuis: quomõ ſtantes non caderemus: doceret p penitẽtiã quõ cadẽtes reſurgeremus: hoc idem & Achab regem impium: & Niniuẽ feciſſe legimus in ꝑphetis. O felix pnĩa que ad ſe dei trahit ocl'os que furentẽ dei ſentẽtiã: cõfeſſo errore mutauit. Sed ue ue

inq̄ sup his de quibus scriptũ est: Cũ uenerit impius in pro-
fundum maloꝝ contempnit. Quos Esaias ostendit dicens
Vocauit dñs Sabaoth in die illa fletũ & planctũ: & decalua
tionẽ: & accinctionẽ cilitioꝝ: Ipsi aũt fecerũt letitiã & exul-
tationẽ: mactãtes uitulos: & occidẽtes oues: ut comederent
carnes: dicẽtes mãducemus & bibamus: cras enĩ moriemur
De qbus Ezechiel loquit̃ Et tu fili hoĩs dic domui isrl'. Sic
loquuti estis dicẽtes. Errores nostri: & ĩiquitates nostre sup
nos erũt: & in ipsis cõtabescimus: & quõ salui esse poterim⁹
Dic eis uiuo ego dicit dñs nolo mortẽ pc̃tõris: nisi ut reuer-
tatur a uia sua. Idcirco iurare se dicit: ut si non credimus pro
mittenti deo: credamus saltẽ ꝑ nrã salute iurãti. Vnde & ad
uiros ecclesiasticos: maioresq; eccl'ie ꝓlatoꝝ: qui muri & car
dines eccl'ie nũcupant̃: loquit̃ sermo ꝓpheticus dicẽs. Muri
syon ꝓferte lachrimas: ut dura corda peccãtiũ omniũq; uobis
cõmissaꝝ ꝓuocetis ad fletũ. Sed uereor ne suis publicis sce
leribus quos uita exẽplari doctrinaq; salutari illumĩare de-
berẽt: scãdalizãtes: & in sua malitia ꝑseuerãtes: audiant quod
scriptũ ẽ cõtra pastores sc ipsos pascẽtes: & que sua sũt non
que Iħu xp̃i querẽtes: ad quos ꝓphetic⁹ sermo ait. Fili hoĩs
ꝓphetiza de pastoribus isrl'. Hæc dicit dñs. Ve pastoribus
isrl': qui pascebãt se met ipsos: lac comedebatis & lanis ope
riebamĩ: & qđ crassum erat occidebatis. oues aũt meas non
pascebatis: Quod ĩfirmũ fuit nõ cõsolidastis: & qđ egrotũ
nõ sanastis: qđ confractũ ẽ non aligastis: & qđ abiectum est
non reduxistis: & qđ perierat nõ quesistis. Sed cũ austeritate
ĩperabatis & cũ faustu & potentia: ꝓpterea pastores audite
uerbũ dñi. Viuo ego dicit dñs ꝑ eo ꝙ facte sũt oues mee in
deuorationẽ: & greges mei in rapinã. Ecce ego requiram gre
gem meũ de manu uestra: & cessare fatiam uos: ne amplius
uos ipsos pascatis. Eccl'ie nãq; ꝓpositi ad hoc cõstituti sunt:
ut eis qbus ꝓsunt cõsulant: & in eo qđ ꝓsunt non utilitatem
ꝓpriam: sed eoꝝ qbus ꝓsunt attẽdant: cõtra aũt faciẽtes non
xp̃i oues. sed se ipõs pascũt: huiusmodi rectores nõ pastores
sed lupi rapaces. nõ dispẽsatores sed eccl'ie dei (quã cristus
suo preciosissimo saguine fundauit) dissipatores: sũt appel-
landi. De quibus conquerit̃ dñs cũ ait. Ego plantaui uineã
frugiferam: omne semen uerum seui: quõ conuersa est in
amaritudinem uitis aliene! O clemẽtia dei: O nostra cordis

duritia dũ etiã post tãta scelera nos deus ꝓuocat ad salutem & ne sic quidẽ uolumus ad meliora cõuerti. Sed potius supboꝝ ac neq̃ seruoꝝ more: in os dñi reclamamus. eiusq̧ precepta quasi uilia reputantes: cõtemnimus. quod mĩme faceremus si maiestatẽ precipiẽtis ad mentẽ reducerem⁹. Certe ad nostri sũmi pon. imperiũ: ita omnes parati sumus. & in precinctu obedientie cõstituti: ut etiã optemus a sua scĩtate iuberi: & non solũ bene merituros nos esse credimus si eius iussa fecerimus: sed tanq̃ iam meruissem⁹ ex eo ꝙ iussi sum⁹ ita pro dignitate precipiẽtis: seruitiũ beneficii loco ducitur. Nobis uero deus ipse: eterna illa maiestas: ineffabilis atq̧ ĩ estimabilis potestas p suos nũcios precipit. & ut ad ipsũ cõuertamur etiã post tãta scelera ĩuitat: & nõ statim tã illustris maiestatis ĩuitatio tãq̃ tremendum potestatis ĩperium cum gaudio ac ueneratiõe suscipit: presertĩ cũ nõ iubẽtis querit comodum: Sed utilitas subsequẽtis. Rem ꝑfecto terribilem dico ex utroq̧ cõturbor: timeo audirores offendere. Sed pl⁹ timeo dei ꝑceptoꝝ ac ecclesiastice honestatis cõtẽptores: in sua obtinatione remanere. cõsideremus queso si uiri ecclesiastici boniq̧ apostoloꝝ successores simus: Quid in nobis postq̃ sacros ordines pastoraleq̧ offitiũ suscepimus: uirtutis accesserit? Quid humilitatis in ꝓsperis: Quid patiẽtie in aduersis: Quid ĩ tribulatiõe gaudii: Quid felicitatis ĩ damnis: Quid ĩdulgẽtie ĩ offẽsis: Quid castitatis ĩ occasiõe luxurie? Alii de uirtute quotidie trãseũt ad uirtutẽ nos de infirmitate ad ĩfirmitatẽ. Alii meliores p flagella fiũt: nos deteriores sepe efficimur horret anim⁹ nrõꝝ tẽpoꝝ ruinas ꝓsequi. Nrĩs nãq̧ sceleribus xp̄iani prĩcipes supioribus annis inter se cõcordes: contra thurcos ceterosq̧ infideles unanimes: Nunc quod dolenter refero adeo sunt inter se discordes: adeo in se ipsos intensi: ut passim ꝑ nephas xp̄ianus sanguis effundatur. Nostris uitiis Italia olim uictrix totiusq̧ orbis imperatrix nõ modo supatur: ueꝝ etiam hostili mucrone cõsumit. Nostris criminibus ecclesiasticus gladius terribilis: non solum non timet: sed pene ab omnibus contemnitur ecclesiastica libertas ruit: & tamen ceruix nostra erecta non flectitur. Sed quid plura? Vincit offitium lingue nostrorum scelerum magnitudo. Amputemus igitur causas morbi: si uolumus ꝙ morbus pariter amputetur. considerantes

ꝙ malꝰqui ꝑ penitētiā ad deū nō cōuertunt:quāto feriꝰ tāto uehemētius idē oīpotens mercedē sceleris exoluet:qa ut est erga pios īdulgētissimꝰ pater:sic aduersus īpios rectissimus iudex. Deserat tandē uia ꝑditōis & fraudis:in qua mors uoluptatis illecebris adopta celat: Et quāto quisq3:annis in senectute uergētibus: appinquare cernit illū diē:quo sit ei ex hac uita migrandū:cogitet q̄ purus abscedat: q̄ inoceus ad iuditiū ueniat:nō ut fatiūt qdam:cecis mētibus nixi:qui iam defitiētibus corporis uiribꝰ:cupidius cōmulādis opibus:ambiēdis honoribus:hauriēdisq3 libidinibꝰ intendūt: Quibus ꝑfecto ueniet ille nouissimꝰ dies:dies inq̄ iudicii:qn̄ eis nec penitētiā licebit agere:nec bonis opibus se ab eterna morte poterūt redimere:Quia ꝑcutit eciā hac anīaduersio ne peccator:ut moriens obliuiscat sui:q dū uiueret oblitus est dei. Qua ex uoragine liberet se quisq3:dū licet dū facultas adest Seq3 ad deū tota mēte cōuertat: ut illū diē securus expectet quo pn̄s dn̄sq3 mūdi deus: de singloꝝ factis cogitatiōibusq3 iudicabit: quecūq3 hic expetūt:nō tm̄ negligat.sed effugiat: potioreq3 aiām suā iudicet:q̄ bona ista fallatia: quoꝝ īcerta & caduca possessio ē: migrāt enī quotidie:& mlto uelotius exeūt:q̄ intrauerāt. Nichil nobiscū ferre possumꝰ nisi uitam bene atq3 innocēter actam:Ille ad deū copiosus:ille opulētus adueniet:cui astabūt iustitia:cōtinētia:misericordia:patientia: castitas: fides: hæc est hereditas nostra que nec eripi cuiq̄ potest:nec trāsferri adaliū. Hæc oīa facile cōseq̄mur si huius uite miserrimū statum ad memoriā reuocemus quia puluis sumus & in puluerē reuertemur. His igit admonitionibus suffitiēter instructi: sanctū hoc quadragesimale tēpus pia deuotione suscipiamus:in quo multo magis a uitiis q̄ a carnibus abstineamus:& ad ꝑmerendam dei misericordiā: per opera nos pietatis ꝑparemus: iram extinguamus: odia deponamus:unanimitatē diligamus:& sinceris nos:humilitatis offitiis inuicem ꝑueniamus. Cesent uindicte: remittāt offense: Seueritas lenitate :indignatio mansuetudine:discordie:bellaq3:ista pessima te auctore & duce Alexander pon. maxime:in pace mutentur. Vt tandem a peccatoꝝ sordibꝰ emundati uerum pascha nostrū digne suscipere mereamur

.:.AMEN.:.

